



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LXXIV. Repdorphense Monasterium in dioecesi Aistetensi, in
Germania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

vrbe lapide, Danubij littus (Agnētis, Germaniæ Imperatoris filiæ, coniugis flammeolum vento raptum, & per tantum spatium deuolans, locum ambigenti signauerat) exquisitæ pulchritudinis ædibus, (Ottone Pontifice primum, Principis rogatu, lapidem iacente) honorauit, attributo Dei parentis nomine. Quas sæcularibus clericis cum largo censu principiò donatas, post paulò, quod ij, quàm par esset, incuriosius rem suam agerent, Augustinianis monachis resignauit; atque vt id fixum & ratum perpetuò foret, abs *Innocentio II.* Pontif. Maxi. diplomata, quibus pleno ore *Leopoldus* laudatur, atque honoris ergo B. Petri filius appellatur, per nuntium imperauit.

CAPVT LXXIV.

REPDORPHENSE MONASTERIVM
in diœcesi Aistetensi, in Germania.

REBDORPHVM cœnobium elegans ad Altimulam, seu Almonum fluuium supra Aychstadium, post ipsam arcem Episcopalem in longè amœnissima valle situm, est fundatum atq; exstrui cœptū, anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo sexto, 1156. sub Episcopo Aystetēsi *Conrado* à Morspeck, Friderici Imp. Confiliario, ab Imperatrice *Beatri-*

Beatrice, Burgundiorum Ducissa, Friderici Barbarossæ secunda coniuge, quæ pagum Rebdorphensem dono dedit Episcopo ad extruendum monasterium. Episcopus Conradus sibi in eo sepulchrum viuis adhuc adornauit; in quod mortuus est illatus anno 1171. Domini 1171. Cubat in eadem Basilica Rebdorpensi, sub insigni ac sublimi, marmore Gebhardus vltimus Comes de Hirsberg, maximus, & cœnobij huius, & totius Episcopatus Aychstetensis (cui totum Comitatum Hirsbergensem legauit moriens) benefactor. Huius monasterij disciplina reformata est anno 1458. per Ioannem à Auercu Episcopum Dyftetensem: teste Bruscio.

CAPVT LXXV.

LVDINGEHERCANVM SEV LV-
dingasense monasterium, in
Frisia.

1157. **H**Oc monasterium fundatum est anno Christi 1157. Primus eius loci Abbas fuit V Vigboldus à Godefrido Episcopo Vltraiectensi constitutus. Ex hoc monasterio prodijt monasterium virginum in *Seluert* & *Oegecloster*. Ludingehercani Abbates ex ordine fuerunt numero septem & viginti: quibus post reformationem successerunt Priores, titulo Abbatis omisso.

CAPVT